



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacri sacerdotij defensio co[n]tra Lutheru[m]

Fisher, John

Coloniæ, 1525

VD16 F 1240

XLIX. Adde, q[uod] istiusmodi sacerdotibus incumbit pro subditorum animabus rationem reddere, at non ita uicissim populus pro presbyteroq[ue] animabus rationem est redditurus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30878

De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XXIII

Ex decimo, q̄ pastores & presbyteri, sic per manus impositionē instituti, uere dei sacerdotes sint, & tam pro se q̄ pro suis subditis deo sacrificent.

¶ Quū igitur hæc axiomata per scripturas sacras copiose

roborauerimus, quis non ex illis aperte uidet, aliquas in ecclia functiones, per Christum & sacrū eius spiritum institutas esse quæ non sunt cuius de plebe communes. Non enim quisq̄ de plebe ad id muneris accersitur, ut pascat, doceat, ac regat cæteros. At citra uocationem & ordinationem (ut ostendimus) nemini licet eiusmodi functiones usurpare. Nec inficiamur tamen quin singuli de plebe, sacerdotes in scripturis appellentur. At hoc sacerdotium, comparatione illius sacerdotij quo pastores & presbyteri sacerdotes uocantur, non nisi metaphoricum est. Neq̄ enim alio sensu sacerdotes illi dicuntur, q̄ quo dicuntur & reges, uti mox dicemus. Regit enim quisq̄ seipm̄ solum, & ita sibi soli quisq̄ sacerdos est.

XLVII
Sacerdotiū alterū est uerū, alterū metaphorice dicitur. Quisq̄ sibi rex est & sacerdos.

¶ Reges utiq̄ sunt pariter & sacerdotes omnes christiani; uerum etiam sibi non alijs. At pastores & presbyteri de quibus loquimur, toti plebi sacerdotes sunt, nimirum q̄ eam seu gregē pascant & regāt. Mediant enim inter Christum & plebē, ut quod a CHRISTO, uel ab eius spiritu didicerint, ipsi uicissim plebem doceant. Propter quod (uti supra dixim⁹) principem pastorum Petrus CHRISTVM appellat. I. Perri. Nam ut illi pascunt plebem, sic & identidem a CHRISTO pascuntur.

¶ Adde, q̄ istiusmodi sacerdotibus incumbit pro subditorum animabus rationem reddere, at non ita uicissim populus pro presbyteroq̄ animabus rationem est redditurus. Sed & denique presbyteri quanquam ex hominibus assumpti sint sacerdotes, pro hominibus tamen constituti sunt, in his quæ apud deum aguntur. Verum non ita uicissim quisq̄ de plebe pro presbyteris apud deum intermediant. Presbyteri igitur quando communem carnis infirmitatem cum plebe circumferunt, debent ipsi tam pro suis q̄ pro populi peccatis iugiter immolare.

XLIX.
Hebræ. f.

CONGRESSVS SECVNDVS

Corollarium
primum

Secundum

Tertium.

¶ Porro uictima, qua praecipue deū placaturi sint, altaris ē sacrificiū, quo secundū ordinē Melchisedech sub panis & uini specie, corpus & sanguinē Christi iugiter offerunt. Iā opinor dilucidū est, corruisse funditus, id quod tanto uerborum strepitu tantaq; iactantia Lutherus se statuisse gloria, nempe q̄ nullo prorsus alio sacerdote et mediatore plebi sit opus praeter Christū. Corruit & istud, q̄ sibi christianus quisq; sufficiat ut seipsum doceat, & caetera peragat quaecunq; faciunt sacerdotes. Corruit demū & aliud, q̄ uidelicet functiones aliae quae non sunt toti populo cōmunes, humanis mendacijs & satanicis adinventionibus erecte sint. Nam ex iā dictis axiomatis perspicuū opinor omnibus est, q̄ horū officii quos interea sequestres & interuentores in Christū & gregē appellare licet, non humano cōmento sed Christi & sacri spiritus institutione diuinitus excogitatum est. Et haecenus pro secundo cōgressu dicta sufficiant.

CONGRESSVS TERTIVS

.I.



Am superest ut tertio tandē congressu Lutherū similiter impetamus, quo fiet apertū, habere Lutherū nihil, aut ex scripturis, aut ex orthodoxorū testimonijs, quod suā hāresim confirmet, Scripturas itaq; per eū adductas quēadmodum in seriem digerunt ita singulas ordine suo refellemus.

Docere primū nitit̄ unū & solū nobis esse Christi sacerdotiū quo ipse obtulit sese pro nobis & nos omnes secū. Ad q̄d probādū adducit primū illud Petri tertio. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret deo, mortificatus quidē carne uiuificatus aut spiritu

Respondemus nihil in his uerbis obscuritatis esse. Propter hoc em̄ Christus seipsum pro peccatis nostris uictimā obtulit patri, iustus pro iniustis, nō q̄ tū identidē nos hostiā immolasset, qui nondū eramus, sed magis ut in posterū (quū praecipis eius paruērimus) nos patri suo uere iustificatos exhiberet quod sane futurū est, si nos ipsos a pristinae uitae prauis cupidī

Hostia effici-
mur probita-
te nostra